

Ecce lingua

5. Adde terminātiōnēs plūrālēs aut singulārēs:

Exemplum: Lārentia Itala femina est.

- Camp___ nōn parv___ sed magn___ sunt: camp___ Albān___ quoque magn___ est.
- Italia magn___ est; Italia et Hispānia magn___ sunt.
- In Italiā mult___ camp___ sunt. In campīs sunt magn___ silv___.
- Alba Longa est oppid___ Ital___; in Italiā mult___ oppid___ sunt.

Masculinum:

-us *sg*, -ī *pl*

Fēminīnum:

-a *sg*, -ae *pl*

Neutrum:

-um *sg*, -a *pl*

6. Quid nōn convenit?

- oppida, Italia, villa, fēmina, silva
- Eurōpā, campō, oppidō, Italiā, rosīs
- pulchrī, casae, campī, familiae, rosa
- iīs, silvīs, casīs, oppidīs, campō

7. Scribe 'est'/'sunt':

- Lārentia fēmina _____
- Italia et Graecia magnae _____
- Alba Longa oppidum Italum _____
- In Italiā multa oppida magna _____
- Campus Albānus magnus _____
- Campī pulchrī _____
- Villae multae nōn _____

8. Adde terminātiōnēs:

Exemplum: Italia in Eurōpa est.

- Lārentia fēmina Itala est. Ea in Itali___ habitat.
- Lārentia nōn in oppid___, sed in camp___ habitat.
- In camp___ Albānō sunt casae.
- In cas___ familiae habitant.

Singulāris

in -ā *fēm*

in -ō *masc, neut*

Plūrālis

in -īs *masc, fēm, neut*

in campīs, in silvīs,

in oppidīs

9. Scribe prōnōmina:

Exemplum: Italia in Eurōpā est: ea est pulchra.

- Campus Albānus in Italiā est: ___ magnus est.
- In Italiā multa oppida sunt: ___ sunt pulchra et magna.
- Lārentia est fēmina Itala: ___ quoque pulchra est.
- In campīs nōn sunt multae villae: ___ paucae sunt.
- Oppidum nōn est parvum: ___ est magnum et pulchrum.
- In Italiā multī campī sunt: ___ magnī et pulchrī sunt.

Masculinum:

is *sg*, īī *pl*

Fēminīnum:

ea *sg*, eae *pl*

Neutrum:

id *sg*, ea *pl*